ARQUIVO DA UNIVERSIDADE

COLÉGIO DA COMPANHIA DE JESUS
E
UNIVERSIDADE DE ÉVORA

1621

União do colégio da mesa abacial de Paço de Sousa, e pensão de S. Pedro d'Ossela, - Bula de Gregório XV. Bem escrita em 20 folhas de pergaminho.

Gav. 6 - Maço 2 - N.º 47

J. 34.
nº: 2

1026

P.lla, em q se confirma
hũa concordia e trans-
acçam q fizemos com
os frades de Paço de Sousa
sobre varias cousas
nella se falla na egreja de Ozella

B 83

PAULUS EPS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Rationi congruit et convenit hone-
stati ut ea que de Roman Pontificis
gratia processerunt licet eius super-

ueniente obitu lre aplice desuper confecte
non fuerunt suum sortiantur effectum
Dudum siquidem felicis recordationis
Paulo pp v. predecessori nro pro parte
dilectorum filiorum Rectoris et Colle
gialium Collegij Spiritus Sancti
Elboren ac quondam Claudij Aquauiue
tunc in humanis agentis et Prepositi
Generalis Societatis Jesu necnon Abba
tis Triennalis et Conuentualis ac Con
uentus Monasterij loci de passo de Sosa or
dinis sancti Benedicti Portugallen dioc
et Antonij de sirye eiusdem ordinis in
in Regno Portugallie Generalis expo
sito Qd lite et causa in Congregatione
venerabilium fratrum nrorum tunc dti

predecessoris Sancte Romane
Ecclie Cardinalium necnon Regula-
rium Prepositorum inter Rectorem
et Collegiales ad quos Mensa Abbatialis
dicti Monasterij et illius bona spectant
ex vna ac Abbatem et Conuentum eius
ad quos Mensa Conuentualis eiusdem
Monasterij et illius bona pertinent ex
altera partibus super separatione et
diuisione prefatarum Mensarum et bo-
norum ad eas sic spectantium pridem a
Clare memorie Henrico tunc sancte
Romane Ecclie Cardinale tuncque Por-
tugallie et Algarbiorum Rege vigore
lrarum aplicarum desuper emanatarum
facta rebusque aliis in actis cause et

causarum huiusmodi latius deductis et
illorum occasione in prima seu alia ulteri-
ori instantia in vim specialis rescripti
apostolica pendente indecisa. Tandem ipse
partes volentes controversias huiusmodi
quas inter personas presertim ecclesiasticas
versari et videri indignum est earumque
ulteriores anfractus evitare ac sumpti-
bus et expensis hinc inde parcere mutu-
amque benevolentiam et pacem inter se con-
servare ad infrascriptam mediantibus
personis prefati Antonii Generalis et
dilecti filii Petri Gonsalvez presbiteri qui ille
vicesgerit ab Abbate et Conventu prefatis
hic tunc a dilecto filio Joanne Alvarez
dicte Societatis in primodicto Regno

Preposito Provinciali
Predicatores ad id constituti fuerant
sub ipsius predecessoris et sedis aplice
beneplacito devenerant inter se tran,
sactionem et concordiam per quam
facta hinc inde mutua et reciproca
litis et cause huiusmodi ac aliarum
quarumcumque inter eos de et super pre,
missis tam in Romana Curia quam in prefato
Regno eatenus motarum omniumque
iurium cessione et renunciatione per,
magis sibi invicem et vicissim perpetui
silentii impositione Rector et Collegiales
prefati ac pro eis et eorum nomine dictus
Petrus etiam Mense Conventuali etiam
ultra alia bona illi per ipsum Henricum

Cardinalem et Regem in actu
separatione et divisione huiusmodi sen-
tentialiter assignata singulis annis
in perpetuum redditum Quadraginta
quatuor Millium Regalium monete dicti
Regni summam Octoginta octo ducatorum
auri de Camera circiter constituentium
Triginta Millium videlicet ex ecclesie sancti
Petri loci de Osellas dicte dioc. eidem
Collegio apostolica auctoritate perpetuo
unite et prefato Monasterio annexe
fructibus redditibus et proventibus
annuis qui ad id particulariter et per-
petuo obligati et hypothecati essent et
esse censerentur sine augmento et di-
minutione ulla in pecunia numerata

persoluendorum cum facultate data
Abbati et Conuentui prefatis dicta
Triginta Millia Regalia vel a dilectis
filijs Arrendatarijs dicti Collegij
eisdemmet temporibus quibus ipi eidem
Collegio illa soluere debebant exigendi
vel si forte Collegium prefatum fructus
huiusmodi non locauisset ab Exactore
ipsius Collegij qui illos colligeret etiam
absque citatione dicti Collegij illiusque
Rectoris percipiendi reliquorum vero
Quatuordecim Millium Regalium
huiusmodi in Terris Desadas das Almo-
ruhas de Hecia vella vulgo nuncupatis
et prope Monasterium prefatum sitis
nempe in tanta Terrarum huiusmodi quan-

titate ex omnibus illis per Abbatem
et Conventum prefatos in circuitu et
circumvallatione ipsius Monasterij eli-
genda ex qua iuxta pretium infradicen-
dum panis feni gallinarum et reliquarum
rerum in quibus ipse Terre arrendate
sunt summa Quatuordecim Millium
Regalium huiusmodi perfici et compleri
posset assignaverant ac eisdem Abbati
et Conventui earum ex dictis Terris
que in Emphiteusim date reperiebantur
directum aliarum vero que eatenus in Em-
phiteusim date non erant directum et utile
dominium dimiserant declaratum autem
fuerat pretium milij panis et tipe esse Cen-
tum et decem Regalium alternatim et

pretium tritici esse Centum et Sexa-
ginta ac Galline Sexaginta Stipule
vero panice Triginta Regalium prote-
cium ut dicitur voluitque dominus Petrus
quod iuxta ultimas arrendationes fieri
deberet computatio modiorum panis
et reliquarum rerum ad perficiendam
dictam summam Quatuordecim Millium
Regalium iuxta pretia pretacta Et insuper
Rector et Collegiales prefati ac eorum
nomine dominus Petrus ipsis Abbati et Con-
uentui iure deputandi seu nominandi
Vicarios idoneos et ab ordinario appro-
bandos perpetuos sive temporales et ad
nutum amovibiles ad sancti Salvatoris
de Gualegos et sancti Michaelis inter-

vtrumq3 flumen et scte Marie de Sto

pero et scti Saluatoris de Carulhaos de

Ceueda ac sancte Marie de Paralonga

et sancti Jacobi de Carualsais necnon scti

Petri de Paradiso Lamacen dioc et scti

Mameti de Calvellas ac scti Martini

de Rio minitos et sancti Petri de

Sobrera ac scti Martini de Rismalo,

eorum dte Portugallen dioc parrochs

ecclias eidem Monasterio vnitas ea

rumq3 vicarias cum suis portionibus

necnon omnia et singula iura etiam

Juspatronatus et presentandi si que

competerent Itaq3 dispositio et fa

cultas quecumq3 in dictis ecclijs et

qualibet earum pro Collectio antea

competens Abbati et Conventui
ptis remanere debeant cesserant et re
nunciaverant Itemque Petrus declara
verat quod ultra prefata competeret et
competere deberet dictis Abbati et Con
ventui ius constituendi similes Vi
carios in sancte Onatia de Pero buto
et de Osellas ac dicti Monasterii et
reliquis ecclesiis per sententiam dicti Reve
rendi Cardinalis et Regis designatis
Ceterum hinc conventum fuerat quod
ius deputandi seu nominandi Vica
rios perpetuos sive temporales ad
nutum amovibiles idoneos et per Or
dinarium loci approbandos ad sancti Jacobi
de valle Pedis et sancti Christophori de

Soierdo necnon scti Romani de
Cornado in maria ac scte Marie de Linarello
unucte in Terra de Feria necnon eiusdem scti
Romani de Villacona de Veredancos et scti Mi-
chaelis de Matho in eadem Terra de Feria et
scti Martini de Lacaleo ac scti Stephani de Oldi-
neo et scte Marie de Berhona parrochiales ecclesias
eidem Collegio similiter unitas seu et earum
vicarias cum omnibus comunicationibus
quas solvere solent necnon oia et singula iura
et patronatus et presentandi si que competerent et
dispositio ac facultas quecumque in supradictis ecclesiis
et earum quacumque eidem Collegio credere et
competere deberent cum declaratione predictum
Petrum ficta quod si de iure competere tum
foret competiisse dicto Monasterio seu illius

Abbati ius constituendi seu deputandi
Vicarios ad alias ecclesias ultra permissas
constitutiones seu deputationes de novo
recipiendos seu faciendas per Rectorem et
Collegiales ac Abbatem Conventualem et
Conventum predictos alternatim spectare itaque
quando Rector et Collegiales primo loco
Abbas vero Conventualis et Conventus secun-
do constituere seu presentare et ita deinceps
in perpetuum continuare debeant. Preterea
dicti Rector et Collegiales Abbati Conventuali et
Conventui predictis quercus circa ecclesiam sancte
Lucie ab ipso Monasterio dependentem et quer-
cus in Monte nuncupato de Currais existentes ac ius
quod ipsi in Terra dicta quercuum habebant
absque tamen preiudicio iuris pascendi quod

habebant a Ecclesie illius Rectio-
nis et aliorum onerum consuetorum
quibus nullo modo preiudicatum
esset cesserant et remiserant pacto
inter eos firmato qd Territorium
de Gamno nuncupatum inter Recto-
rem et Collegiales ac Abbatem Con-
ventualem et Conventum prefatos
commune perpetuo remanere debe-
ret nec liceret Rectori et Collegi-
alibus ac Abbati et Conventui eisdem
pro tempore existentibus per se aut
interpositas personas plantas aut
arbores aliquas in eo inserere aut
aliqua alia melioramenta facere
possent tamen Rector et Collegiales

pti illis antiquum aque ductum olim
in dicto territorio extructum pro
decursu aque ad usum et commodi
tatem eiusdem Collegij restaurare
Abbati loco et Conuentui prefatis
liceret glandes ex eisdem quercubus
colligere et ne lauarentur pannj aquam
in dicto Territorio decurrentem
seu defluentem impedire fons etiam
in dicto Territorio existens omni
bus pateret Abbasque et Conuentus
possent obturare angulum qui situs
erat ultra fontem in circo seu Terri
torio de Gamais situm ac murum sui
horti ad quercum quandam grandem
que ad hunc effectum abscindi deberet

dirigetur et hinc supradictum quercum
ad murum Grangie dicti Monasterii
proueheret Itaut maneret fons aque
separatus et liber populo et sine suspi,
cione quod posset contaminari Adhec
Rector et Collegiales prefati Abbati
et Conuentui eisdem alias concesserant
octo quercus in dicto territorio de
Bamaio et ius quod in terra talium
quercuum habebant sine aliquo populi
illius loci preiudicio necnon furnum et
ius quod habebant in domibus que olim
fuerant quondam Cecilie da Dua et
tunc de presenti ad dilectum filium Bene,
dictum Riberum laicum illarum partium
spectabant ac furnum et dominium di,

rectum domencz [illegible] filiorum Andree
Gonsaluez et Francisci thome Opascua
ac Dominici Gundisaluez de Alijure
vulgariter nuncupati ac forum et
dominium domorum in quibus habi
tabat dilecta in Christo filia Isabella Gear
ge Viena aliarumque illis adherentium usque
ad fontem de Semil quarum directum
dominium ad dictum Collegium specta
bat absque tamen preiudicio Emphi
teotarum et Emphiteosium de illis
factarum que in suo robore permane
rent et ad quarum observantiam
quatenus rite et canonice facte
essent Abbas Commendatarius et Con
ventus prefati tenerentur necnon

etiam directum dominium quod dictum
Collegium habebat in territorio sito
super domos inter viam que a Bairro
ad dictum Monasterium et illinc mu-
rum da Grangia nuncupatum diri-
gebatur atque hoc ascendendo iuxta mu-
rum usque ad altum et per grandem lapi-
dem ad illum recta frangendo qui lapis
remanebat ab ipsa via de Bairro versus
murum et a dicto lapide preter dictam
viam que dirigebatur a Bairro ad
collem grandem qui dirigebatur super
Grangia Monasterii et a dicto colle
recta ad domos boni Jardini in quibus
vivebant seu habitabant uxor et filii
Gundisalvi Diesbalha remanentibus

intra hunc limitem seu computationem
dto colle ac domibus pti Gundisalui
Dies quarum dominium atque forum
seu Emphiteoticum redditum dictum
Collegium cui illa competebant Abba
ti et Conuentui prefatis dimiserat
iuxta formam aliarum partium absque
eo qd illic computaretur de territorio
vel laboribus ex Emphiteusi dti Bene
dicti Ribeiro nec aliter aliquaque ad
Collegium prefatum in hoc monte de
Penna donec spectaret dictum enim
Collegium tantummodo ea que decla
rata erant et non amplius Abbati et
Conuentui prefatis dimiserat pacto
etiam expresse inter eos firmato Qd

Nec Rectori nec Collegialibus
nec Abbati nec Conventui prefatis
ullo umquam tempore liceret domos aut
alia quevis edificia in fundo seu situ
ad octo quercus ab heremitorio
sancti Antonij usque ad prefatum murum
de Grangia necnon etiam in fundo seu 2
situ supra seu secus domum dicti Bene-
dicti Ribeiro aut alios illis adheren-
tibus usque ad fontem de Semil et mu-
rum de Grangia huiusmodi construere
et construi facere et hoc ne Conven-
tus et situs dicti Collegij remanerent
in publico omnium conspectu cura-
bere demoliendi domos vicinas atrio
dicti Monasterij ex quibus prospici

tur ad vicum incumberet dicto Collegio
et in dicto loco non possent alie domus
edificari nec ex illis in septa Monaste-
rii prospici posset ullo modo Audientie
autem seu sessiones Iudiciales in
foro Territorii de Gnomeris secus
quercum prout antea fieri consue-
verant et tempore pluvioso domi
prout fieri etiam solebant haberi debe-
rent hiemali etiam tempore aqueductus
de Gannanis obturari usque posset seu
tempore irrigationis miliorum antiqua
consuetudo atque usus observari et an-
tiquum ius quibuscumque illesum ser-
vari deberet ad irrigandum quoque terras
seu possessiones heradas das Almmulas

que Conventum remansissent aqua
dari deberet iuxta formam eius conveni-
entem pro distributione et casu quo
Abbas et Conventus prefati vellent
uti dicta aqua alio modo Procurator
dicti Collegij mandaret illam duci
ad aqueductum ut inde veniat ad piscina
more consueto scilicet pacaceo vulga-
ri modo nuncupata viceversa vero pti
Abbas et Conventus et ipsorum nomine
dictus Antonius Generalis procura-
tor premissa omnia et singula rata
et grata habentes et de redditibus
Quadraginta Quatuor Mille Re-
galium ac ecclie seu vicarie et alijs
prefatis pro illis omnibus que ratione

premissorum pro bono Mense Conven-
tualis prefate pertinere poterant
se contentos et satisfactos esse decla-
rantes Rectorem et Collegiales predictos
a quibuscumque aliis suis pretensionibus
in actis cause et causarum huiusmodi
deductis seu quomodolibet deducendis
perpetuo absoluerant et liberauerant
ambeque partes prefate sibiipsis perpetu-
um silentium super premissis omnibus
et singulis imposuerant Ceterum
inter se etiam conuenerant quod neutri
partium ullo unquam tempore liceret litteras
huiusmodi renouare aut alias nouas super
premissis mouere vel presentem concor-
diam et transactionem ac instrumentum

desuper contractum quoquomodo in toto
vel parte impugnare et in eventum con
traventionis pars contraveniens
non audiretur nisi prius facto deposito
in manibus partis observantis Qua
tuor Millium ducatorum absque ulla
obligatione facienda ab ipsa parte obser
vante Et si dicti Abbas et Conventus
contravenissent ultra dictum depositum
Quatuor Millium ducatorum non au
direntur nisi prius restituerent Collegio
pto omnia que vigore huius contra
ctus illis fuerant dimissa promissa et
data una cum omnibus decursis ab in
frascripta die Tertio Kl' Januar ad diem
contraventionis et hiis omnibus ad

impletio contractus huiusmodi rema,
neret nullius roboris vel firmitatis
et dictum Collegium ad observationem
contentorum in eo in toto vel parte mi,
nime teneretur neqz cogi posset In
reliquis autem partes prefate sen,
tentiam per Henricum Cardinalem
et Regem prefatum pro executione
dictarum lrarum latam ratum et gratam
habuerant et acceptauerant illamqz
in suo robore et firmitate permanere
voluerant expensas vero per partes ipas
in prosecutione ac manutentione litium
huioi factas easdem partes inter se com,
munes esse et pro equis portionibus
persolui debere presentemqz concor,

diam seu transactionem ac desuper con,
fectum instrumentum suum plenarium
effectum statim post premissorum confir,
mationem ab ipsa sede obtentam sortiri
et consequi et extunc prefatos Abba,
tem et Conuentum rerum et bonorum
ipsis vt supra cessorum possessionem
assequi posse Anno lxv. reditu Qua,
draginta quatuor Millium Regalium
huiusmodi supradicto modo a die festo
scti Michaelis archangeli tunc proxi,
me preterito vti frui et potiri necnon
fructus eis ad hunc effectum assigna,
tos quoad summam Quatuordecim
Millium Anni domini Millesimi sex,
centesimi decimi quinti et quoad sum,

mam Quingentum Millium Rega
lium huiusmodi in pecunia numerata
ut prefertur percipiendorum in die
festivitatis Natalis Domini ab infra
scripta die proxime venturi si tamen
tunc temporis concordia huiusmodi
ab ipso predecessore et dicta sede com
probata esset percipere exigere levare
ac in suos et dicti Monasterii usus
et utilitatem convertere libere et
licite posse voluerant et decreve
rant ac demum inter se etiam conve
nerant quod neutra pars ullo umquam
tempore quicquam contra premissa
ac in dicto contractu seu instrumen
to desuper confecto contenta impe

trare seu obtinere quoquomodo posset
sub pena nullitatis illius quod contra pre-
missa impetratum seu obtentum fuisset
quod etiam subreptitie obtentum et impe-
tratum eo ipso censeretur et pars id obti-
nens seu impetrans eo uti nunquam posset
pacto denique expresso quod sumptus circa
expeditionem presentis concordie et
litterarum apostolicarum desuper conficiendarum
communibus expensis fieri deberent prout
in Instrumento publico per dilectum filium
Joannem a Benedo Notarium publicum sub
die Quinta Mensis Julij tunc proxime preterito
in Civitate Portugallen rogato dicebatur
contineri Et in eadem expositione subiun-
cto quod premissa omnia pro bono pacis

facta esse dignoscebantur et propterea partes ipse plurimum cupierunt con, cordiam seu transactionem huiusmodi ac omnia et singula in dicto Instru, mento contenta pro firmiori eorum subsistentia et observatione inviola, bili per dictum predecessorem et sedem eandem approbari et confirmari ei, demque predecessori pro parte Rectoris et Collegialium ac Claudii Generalis necnon Abbatis et Conventus ac Antonii predictorum humiliter supplicato quatenus dicte concordie seu transactioni robur apostolice confirmationis adiicere aliasque in pre, missis oportune providere de benignitate apostolica dignaretur Item predecessor qui ex

debito Pastoralis officii quo sibi
Gregis dominici cura comissa erat cir-
ca universorum Xpifidelium presertim
Religiosarum personarum pacem et tran-
quillitatem solicitis studiis intendens
ea que inter fideles et Religiosos ipsos
sublatis litigiorum anfractibus concor-
dia terminata fuisse dicebantur ne in
recidive contentionis scrupulum rela-
berentur sed ut firma et illibata per-
sisterent libenter cum ab eo petebatur
aplico munimine roborabat Rectorem
et Collegiales ac Claudium et Abbatem
ac Antonium ptos eorumque necnon Col-
legii et Conventus hmoi singulares
personas a quibusuis excois suspensionis

et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris
et penis si quibus quomodolibet innodati existe-
bant ad effectum presentium dumtaxat
consequendum absolvens et absolutos
fore censens necnon verum instrumenti
et scripturarum ac inde secutorum
quorumcumque tenores etiam veriores
ac dat. necnon redditum et bonorum
prefatorum situationes confines
vocabula denominationes qualita-
tes et quantitates verosque etiam
annuos valores pro expressis habens
huiusmodi supplicationibus inclinatus
sub dat. videlicet Tertio Kl. Januar. Ponti-
ficatus sui Anno decimo Concordiam
seu transactionem eandem ac prout

et alias scripturas desuper forsan con-
fectas et in eis contenta quecunque
licita et honesta cum omnibus et sin-
gulis inde legitime secutis et sequen-
dis ex voto supradicte Congregationis
que presentem gratiam ab ea examina-
tam et discussam concedi posse censu-
erat apostolica auctoritate perpetuo sine
alicuius preiudicio et citra approba-
tionem statu vicariarum predictarum ac quoad
presentationem ad illas seu earum col-
lationem cessantibus reservationibus
et affectionibus apostolicis approbavit et
confirmavit eisque perpetue et inviolabilis
apostolice firmitatis robur adiecit ac om-
nes et singulos tam iuris quam facti et

Solemnitatum quarumcumque de iure vsu
vel consuetudine aut alias quomodo-
dolibet requisitarum aut necessa-
riarum ac quosuis alios etiam quan-
tumuis substantiales defectus si
qui forsan in premissis quomodo-
libet interuenissent aut interue-
nire dici vel censeri potuissent in
eisdem supplemus necnon concor-
diam seu transactionem et scriptu-
ras huiusmodi perpetuo validas
et efficaces esse et fore suosque ple-
narios et integros effectus sortiri
et obtinere ac tam per Abbatem et Con-
uentum Monasterij quam Rectorem et Colle-
giales Collegij predictorum tunc et pro tempore

existentes ac quoscumque alios ad quos tunc
quomodolibet spectabat et spectare poterat in fu,
turum perpetuo firmiter et inviolabiliter
observari et adimpleri debere ab illisque
ullo umquam tempore quovis pretextu colore vel
ingenio sub penis in concordia seu tran,
sactione huiusmodi ut prefertur inflictis
resilire aut recedi posse necnon quicquid
secus super his a quoque quavis auctoritate sci
enter vel ignoranter contingeret attentari
irritum et inane decrevit Non obstan,
tibus premissis ac quibuscumque apostolicis et
in Sinodalibus provincialibusque et
Universalibus Conciliis editis specialibus
vel generalibus constitutionibus et ordi,
nationibus necnon Monasterii et ordinis

ac Collegij et Societatis predictorum
iuramento confirmatione apostolica vel quauis
firmitate alia roboratis statutis et consue-
tudinibus priuilegijs quoque indultis et litteris
apostolicis illis ac Abbati Conuentui Rectori et
Collegialibus predictis alijsque eorum Superioribus
et personis sub quibuscunque tenoribus et
formis ac cum quibusuis et derogatoriarum
derogatorijs alijsque efficacioribus effica-
cissimis et insolitis clausulis necnon irritantibus
et alijs decretis in genere vel specie et motu
proprio et ex certa scientia ac consistorialiter
et iteratis vicibus ac alias in contrarium forsan
quomodolibet concessis approbatis et innouatis
Quibus omnibus etsi de illis eorumque totis teno-
ribus specialis specifica expressa et indiui-

dua ac de verbo ad verbum non autem per clau-
suales idem importantes mentio seu quevis
alia expressio habenda aut aliqua alia
exquisita forma ad hoc servanda foret
illis alias in suo robore permansuris
ea vice dumtaxat specialiter et ex-
presse derogamus ceterisque contrariis
quibuscumque Ne autem de absolutione
confirmatione approbatione ro-
boris adiectione defectuum suppletio-
ne decreto et derogatione prefatis
pro eo quod super illis ipsius predecessoris
litterae eius superveniente obitu confecte
non fuerunt valeat quomodolibet hesi-
tari ac Rector et Collegiales et Clau-
dius ac Abbas et Conventus ac Antonius

prefati illorum frustrentur effectu
volumus et similiter aplica auctte
pnti decernimus qd absolutio con
firmatio approbatio roboris adiectio
defectuum suppletio decretum et dero
gatio predecessoris huiusmodi perin
de a data die Tertio Oct Januar suum
sortiantur effectum ac si super illis
ipius predecessoris lre sub eisdem
diei dat confecte fuissent prout
superius enarratur Neque presentes
lre ad probandum plene absolutionem
confirmationem approbationem roboris
adiectionem defectuum suppletionem decr
tum et derogationem predictas huiusmodi
ubique sufficiant nec ad id probationis alte

rius adminiculum requiratur. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre
voluntatis et decreti infringere vel ei ausu
temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
presumpserit indignationem omnipo-
tentis Dei ac beatorum Petri et Pauli
aplorum eius se noverit incursurum.
Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dnice
Millesimo sexcentesimo vigesimo
Sexto decimo Kal. Martij Pontus nri Anno Primo.

CC

de M. Moretti

C. Bagni

J. Sauteus

J. Ugolinus

C. Marotta

H. T. feria pro sp.

H. Fidius pro magnis

B. Gasparolius

B. Boncompagnus

Jo. Bapta. Clemens

C. Vernier

20

C. A. di CC ... Gagnonus

Ex. 100 B. Boncompagnus

9

Collegio da Compª de JESUS do Espirito Santo de Evora. da confirmação da compozição sobre a penção, e outras couzas, que devia pagar da sua Igreja de S. Pedro de Ossella á Meza conventual do Mosteiro de Paço de Souza no Bispdo do Porto.

Bulla do Papa Gregorio 15. dada em Roma a 15. de Fevereiro do anno de 1620. da Encarnação, e 1621. do Nacimento, no 1º anno do seu Pontificado, pela qual confirmou a graça, que seu Antecessor Paulo 5º tinha feito, e por seguir sua morte se não tinha passado a Bulla, em que concedia, aos Padres da Companhia de JESUS do Collegio do Espirito Santo de Evora, ao qual tinha sido unida, á instancia do Senr. Cardeal Rei D. Henrique, a Meza Abbacial do Mosteiro de Paço de Souza no Bispado do Porto da Ordem de S. Bento, e lhes confirmava a compozição, e tranzação, que elles fizerão com os Padres do dito Mosteiro, por evitarem os letigios, que já trazião na Curia de Roma sobre os bens, que pertencião á dita Meza, e os que pertencião a outra Meza Conventual do mesmo Mosteiro, e sobre a penção, que lhe devia pagar em cada hum anno o dito Collegio das rendas da Igreja de S. Pedro de Ossella, que lhe estava unida, e sobre isto, e outros bens fizerão a dita compozição, que foi confirmada por esta Bulla.

ARQUIVO DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA